sapienti mentē cū ore non couenire: Nā qd absurdius dici queat q̄ eū agere quicq̄ imperiosius: & ꝑ animi ipotētia: qui se in oibus suis litteris scribat seruꝰ seruorū dei. Recte igit Nicolaus quintꝰ in oibus suis actionibꝰ assidue deū præ se ferebat: suorūq; oim oblitꝰ cōmodorū: referebat oia ad dignitatē: & amplitudinē Romani pōtificatꝰ. Et ne ullā sapiētiæ partē neglexisse uideret in uita: intelligeretq; non solū duo esse uiuendi genera: alterū contemplatiuū: alterū actiuum: sed rursus actionum alias esse bellicas: alias urbanas: quicquid tēporis ab intelligentia rerum admirabiliū: atq; diuinarū superat: id omne ita ad uirtutes bellicas transferebat & urbanas nunq̄ ad se reijceret: & hæc tamen oīa ad dei & christianæ religionis dignitatē: & gloriā. Parabat magno conatu & uiribus bellum aduersus Turcos: quos aiaduerteret quotidie magis magisq; iualescere: nec aliud animo uolutare q̄ pniciem & exitium nominis christiani. Itaq; belli neruos: hoc ē pecunias: & ab alijs comparabat: & suis ipse nō pcebat. Intelligebat em̄ oia oportere esse cōmunia pro Christo Iesu: Classem ornabat ingentē & ualidā: Copias undiq; accersebat: nihilq; prætermittebat: qd ad belli gerēdi: qd ad consequēdæ uictoriæ rōnē attineret. Neq; tn̄ hæc dum ageret: litterarū & humanitatis studia a quotidiana sua consuetudine aliena faciebat: sed cū sciret eū se uirū: q diuinū in terris soliū regeret atq; gubernaret: oēm in sese hois excellentiā repræsentabat: ut non minus in omni uitæ actione: q̄ in uniuersæ intelligentiæ studio reliquis mortalibus præstaret. Itaq; uiros doctos & eloquentis assidue apud se habebat: neq; ullum oino negligebat: in quo præclarā ingenij uim aliquā intueret. Quāta uero in ois hmōi uiros munificentia uteret: nemo oim meliꝰ nouit: q̄ ipse tu pater beatissime. Faciebat autē & prudenter: & recte: cum nosset nihil esse ad excitanda ingenia alendasq; disciplinas accōmodatius honoratione ac beneficentia. Quo quidē consilio atq; benignitate id effectū iam uidebamus: ut non latini modo: sed cæteræ etiā nationes in omni orationis: in omni doctrinæ cultu expolirent. Reuocauit illū ad se deus oipotens: q agit oia semp ꝑ summa in-